



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Homiliæ Qvadragesimales Reverendissimi D.ni P. F. Hieronymi Baptistæ De Lanvza Venerabilis memoriæ Episcopi Barbastrensis & Albarrazini, Ord. FF. Prædicatorum**

Ex Hispanico idiomate in latinum perfectè fideliterq[ue] iuxta posteriorem omnium, nouamq[ue] editionem translatae, & ab innumeris cùm S. Scripturæ, tùm SS. Patrum typographicis erroribus emendatæ ... cum triplici Indice ...

**Lanuza, Jerónimo Bautista de**

**Antverpiæ, 1649**

§. 10. Exulta, iubila, &c. Ecce Rex tuus venit tibi. In illis quæ scribit Euangelista huic interuenisse ingressui, declaratur totum hunc nobis profuisse.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53092](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53092)

III. *manum suam subvertit à radicibus montes* Mon-  
 Chistum ter firmiores & exceliores petris seu maioribus  
 populum ianitur silicibus : qui subverte illos studet ,  
 talis manu manum iniiciat petris , illaque cardinibus suis  
 ut esset et subvertentur montes . Principes illi de  
 Sacerdotes dicebantur montes , quia ceteris al-  
 tius caput atollebant , & auctoitate, potestate,  
 & sapientia eminebant . Eo nomine compellat  
 illos Palmographus : *Suspiciens montes pacem*  
 Et Abacuc interprete D. Augustino il-  
 los inscribit : *Montes saculi* . Montes illi funda-  
 bantur in silice, id est in populo : quia propalam  
 omnibus est Principum Regumque maiestatem,  
 subsistere & fundari in multitudine, subiectione,  
 & obsequio populi, teste Salomone . *In multitu-*  
*dine populi dignitas Regis . Et in paucitate plebis*  
*ignominia Principis* . Proprietate vero singulari  
 ignominia nomen hoc populo Iudeorum du-  
 ra crucis , qua de causa sapientis audivit ( ex-  
 postore D. Stephano ) contumaces , oblipti  
 dum & arca ceruicia , qui semper Spiritui S.  
 resistebant , & velut silices, beneficiorum dono-  
 rumque scilicet , scintillis respondebant igniuo-  
 mis , iniuriam in Deum & flagitorum obdu-  
 ratissimi .

Intendit modo Christus Rex nosler poten-  
 tissimus ad nominis sui gloriam & potentiam de-  
 monstratorem omnes suis pedibus prostratos  
 videre . Vnde primò manum admouet hinc sil-  
 lici id est populi cordibus indomitis & obfir-  
 matis, atque diuisa sua luce, multo efficaciori, quam  
 solis illa est respu ceru , illum in amore suo  
 liquefacit & emollit & ad se trahit inclinatum .  
 Ecce qualiter totus excurrat populus obuam ,  
 quanta felicitatione curmatim prodeat Dominum  
 recepturus . Quis illum educit ? Dubitat nemo  
 quia ipse Saluator illum ad se trahat : etenim , vt  
 diximus in principio , manum eius cordibus in-  
 nocerat efficacissimam . Hoc modo transfert de  
 radicibus montes , Principes scilicet , illos ener-  
 uat, perurbat , replet confusione, quem licet ipsi  
 morti adiudicasset, & confidissent, proferpsissent,  
 & publico praecone capicndum indixissent , ipsis  
 tamen spectantibus Hierusalem ingreditur, quo  
 tales eriterunt, quales describit idem Euangeli-  
 sta *Commissa est vniuersa ciuitas* . Nominis ciuita-  
 tatis Principes eiusdem indigirat . Hæc est no-  
 stri Regis gloria, qui sine gladio, lancea, arcu, sa-  
 pientis, curribus falcatis, militum exercitibus sed  
 sola manu sua potentia tale quid operatur . *Ecce*  
*Rex* . Ecce Rex potens, omnipotens , triumphator  
 insignis . Hoc primum hortatur Propheeta vt  
 contemplantur : hoc primum est quod nos in hoc

ingressu læticia complet ineffabili, hoc est quod  
 gloriam Christo & inclito Regi conciliat in-  
 comparabilem .

Porro secundam nobis proponit gaudendi ra-  
 tionem, quod nobis veniat ad solamen & om-  
 ne bonum . *Venit tibi* . Exulta & iubila , ecce ve-  
 nit tibi, saluti tue , vitæ , gratiæ , & gloriæ . sit tu  
 In mysterio redemptionis quod Dominus no-  
 bis de-  
 ster operatus est , labores inuenio , penas , la-  
 chrymas & dolores innumeros . Pariter inue-  
 nire me gaudeo commoda, bona libertatis inef-  
 fabilis , redemptionem , æternam requiem ex  
 illo procedentia . Ipse sibi sumpsit penas &  
 cruciatum : quod autem utilitatem spectat & be-  
 neficium , contulit nobis liberalis . Plane subti-  
 liter, vt video, hoc *Tibi* indicat D. Ioannes altero  
*Sibi* : quamuis enim videatur superfluum , absit  
 id tamen omnino : nam celesti additum est sa-  
 pientia . Quando Christum describit morti cru-  
 cis adiudicatum , & iam ad sacrificij locum ten-  
 dentem, sic ait *Banulans sibi crucem exiit* . An  
 ergo crucem hanc non mihi, non omnibus baiula .  
 17-  
 uit ? Vtique porro notat D. Ioan. & nomine vit-  
 tur crucis , quod significat instrumentum extre-  
 mi doloris, & cruciatus indicibilis : dicere autem  
 quod sibi crucem assumpsit , idem est ac si di-  
 cat : sibi cruciatus, verberatus, clausus, crucemque as-  
 sumpsit, & quidquid in passione sua molestem  
 illi fuit & difficile , hoc est : *baiulans sibi* : nobis  
 relinquens totum illud bonum infinitum inde  
 procedens, omnes interpretor virtutes , gratias,  
 criminum indulgentiam , penarum satisfactio-  
 nem, & æternæ merita beatitudinis , hæc omnia  
 tibi sunt , *venit tibi* . Itaque sibi sumpsit infirmi-  
 tatem , tibi vero seruat fortitudo : sibi lachry-  
 mas, tibi gaudium : sibi ignominiam tibi honori-  
 sibi mortem , tibi vitam : sibi crucem, tibi gloriam .  
*Venit tibi* .

§. 10. *Exulta, iubila, &c. Ecce Rex tuus  
 venit tibi. In illis que scribit Euangelista  
 huic intercurisse ingressui, declaratur, totum  
 huic nobis profuisse.*

E T illud insuper est quod in hac supplica-  
 tione significatur, ac duobus exprimitur, 32  
 quæ in ea contigerunt . Primum est, quod  
 ipse Dominus plorans & lugens incessit , cui  
 lachryma vbetim de oculis defuebant, testante  
 Euangelista Luca . Quid hoc igitur Domine mi,  
 in die lætitiæ tuæ plorasti exultationis offer-  
 tur occasio , vt Propheeta tuus ad summum nos tet-  
 inuitet

inuitet gaudium, quod duobus illis verbis exposuit: *exulta*, & *subila*: quod gaudium significat excessiuum: nec satis illi fuit absolute dixisse, *exulta*: sed addit, *satis q. d. quantum potestis*: & in hac omnium exultatione tu lachrimas fundis? *Sig. est*: etenim lachrimas planctumque suis continet oculis: nos autem ad tantam inuitat vates mentis alacritatem: vt nos ad eripudiandum prae gaudio moneat: hoc enim est: *subila*: Ipse etenim est, qui patitur: nos autem qui per passionem eius requiescimus: ipse qui moritur, nos autem qui ex morte eius viuimus: ille qui laboribus examinatur, nos qui ex eius doloribus gloriam adipiscimur: ille qui lachrimatur, nos autem qui lachrimatum eius merito iubilamus: ille feminator est, qui nostram feminat redemptionem in terra carnis suae aratro crucis elaborata, nos autem qui mensem colligimus, & proprium est mercenibus messis colligentibus exultare. *Labuntur coram te, sicut qui latantur in messe*. Coram te latantur: tu namque eris ille qui feminabit, ipse vero qui prouentum colligent. Insuper idcirco Abraham bis millenis annis ante contemplationem huius domini mortem exultauit praegaudio, teste ipsa veritate. *Exultauit vt victor diem morum, vidit & gauisus est*. An ergo dies ille Christo tantam non peperit trititiam vt ipse testaretur: *Tristis est anima mea usque ad mortem*: Numquid non ille dies in quo fuit amaritudo & anxius ingemuit. *Cum labore valido & lacrimis*. Quomodo igitur Abraham tam effuso letatur gaudio? Quis Pater exultat filium cernens leonum vnguibz dilaceratum? Quis amicus gaudio de mulcet amicum suum acutissimis cernens spinis inhaerentem? Imo & ipse Deus quasi melius inter flammam apparuit: tamquam illis cruciatibus, videns populum suum in Aegypto diuis adeo cruciatibus expositum. *Videns vidi, afflictionem populi mei*: &c. Conspicit Abraham hunc filium suum caelestem tormentis pornicisque subactum in figura arietis spinis intricati, & adhuc exultat? Lachrimas expectarem & luctum amarissimum. Optime quidem: nouit etenim hoc mysterium priusquam Zacharias prae-diceret: *Ecco Rex tuus uenit tibi*: Iam vidit illum & praesciuit nobis venturum, vt nobis quodque in eius trititia nostra lateret alacritas, in eius aduersitatibus nostra quies, sicut vidit adferat quod libertas vita & fors optima Isaac lateret in spinis, morte, immolatione & agni sacrificio.

hoc erat quod scilicet populus ipse palmas deferret & ramos oliuarum. Videtur hoc inueniens, & rerum ordinem immutare. Palma praefert victoriam. Vter obtinet victoriam, Christus ipse, sed an homo? Acclamant omnes: Christus ipse victor ille, cuius Dauid plures de Psalmis suis confert palmifecans iuxta quasdam translationes dedicationis: quia ramos hoc addidit epithetum *Videtur*: & D. Ioan. nobis vocem audiuit dicentem. *Uis Leo de tribu Iuda: cu. Brachium eius illud est quod proferunt inimici. Apoc. 1. 7. cos: Brachium eius dominabitur*. Quinimo, vt S. I. 1. 2. 1. 1. Mater Ecclesia in hoc officio palmarum nes instruit, populus ille ad hanc conueniens processionem, ramos palmasque gestans edoctus a Spiritu S. intendeat celebrare Christi victoriam: hoc idem protestatur. *Es triumphatori digna datus ob. In officio sequitur. Qua de causa ait Ecclesia: Talia administrabant, qua in illo triumphos victoriae delerant*. Hoc praemisso, ratio videtur exigere vt ipse populus palmas Christi manibus inponeret, & non ipse suis illas manibus gestaret. Quis huius explicet arcanum mysterij?

Non contradico, quod illi intellexerint Christum esse triumphatorem & victorem: porro simul intellexerunt hoc vatis oraculum: *Ecco huius uenit tibi*. Quod ille scilicet triumphos ac victoria, siquidem illa Christus obtinet, in nostrum tamen cederent honorem & beneficium. *Deo autem Gratias qui dedit nobis victoriam per I. 2. Cor. 1. 3. Iesum Christum*. Sic ait Apollolus: vnde conueniens est, vt ipsi in hoc tropheo victoriae scilicet letitia, palmas deferant, in quos, hoc victoriae gaudium redundat. Eodem modo illi manibus suis ramos portabant oliuarum, qui significat misericordiam: quia in redemptione nostra lumina interuenit iustitia, qua supplicium sumpsit & vindictam nequam aequalem, sed culpae malitiam excedentem, & peccatorum mundi grauitatem, interuenit etiam summi Dei misericordia, quia peccatoribus gratis remissa sunt crimina, prout conformiter probat D. Pau. in ep. ad Rom. Christus Redemptor noster sibi partem hanc assumpsit, vt diuino satisficeret iustitiam: vnde Pater in illo cum excessu quodam excrucietur est, quidquid peccatorum omnium culpe mererentur, vltque dum cum crucifigeret. *Ad offensionem Ro. 1. 2. nem iustitia sua*: nobis autem concessit iustitiam Ro. 4. 24. potius misericordiam, *qua est in Christo Iesu*, per redemptionem, *qua est in Christo Iesu*.

Eleganter nobis hoc exponunt duae personae quas D. Euang. Ioann. proponit, monetque vt in illis oculos dirigamus. Prima est Christi Redemptoris nostri: huic etenim nobis obiecit quali-

2. Tim. 9. 3.

1. Cor. 13. 36.

Matt. 26. 38.

1. Cor. 13. 37.

1. Cor. 13. 37.

1. Cor. 13. 37.

1. Cor. 13. 37.

1. Cor. 13. 37.

qualiter Pilatus illum foras produxerit ad populum, pedibus discalearum, purpureo vestimento delatum vt Regem riste dignum, spinis coronatum, arundinem in manu gestantem vt sceperum ludicrum, toto corpore flagris concisum, sanguine manantem, talem vt crederet Pilatus (ex mente D. Chrysolomi) quod ad compassiorem moueret inimicos suos licet rigide ferociores: vnde proposuit illum in hac verba. *Ecco homo* Secunda est mulier in caelo iunam pedibus proferens, stellis coronata, sole vt pallio amicta splendidissime micans, & lucis solis splendore fulgentissima. *Que hæc tanta mutatio?* Mylterium denotat propositum. Mulier hæc Ecclesiam denotat, cui subtribuit gloriosus Martyr D. Merodius D. Ambr. D. Greg. Rupertus & alij. Mirabile recambium, & permutatio: homo ascendit in caelum, quia Deus descendit in terram: hic terram calcas, & homo sidera ipse sibi coronam sumit spinicam, & homini imponit diademata gloria: ille paritur ignominias & homini feruatur honor ipse mortem tolerat, & homini vitam tribuit: ipse veste circumdatus opprobrij & ignominia, & vestem homini tribuit æternæ beatitudinis. Vnde patet quidquid agit nostrum sperare commodum.

Concinne fieri potuit istas, quando spiritu prophético nascentem illum conspexit. *Parnalus natus est nobis, & filius datus est nobis* omnia nobis. Confortinet mysterio liceat Angelis tantare huic præsentem natiuitati. *Annunto vobis gaudium magnum: quia natus est vobis saluator.* Loquatur nunc, & horretur nos Zacharias, quando venit ille mortuus & immolatus pro nobis: *Exulta, iubilat ecce Rex tuus natus tibi.* Nec unitatem D. Bernardum, ipse cum Domino & in Domino desecetur, dica que toto mentis iulio. *Totus es meus, Domine Iesu, & in meo ius est in te.* Nobis igitur eius prodest natiuitas, nobis eius vita, nobis eius ieiunia, nobis eius dolores, nobis eius mors, nobis eius sanguis, nobis eius triumphus. Sit igitur in æternum talis Rex beneficentis, qui ita in suorum adit ventique beneficium, & qui talia tantaque pro eorum suscipie agenda redemptione. Hinc gratitudinem ad discit huic Domino debitam. Sibi persuasit Iosephi pedes manibus ligatas ne suum posset Dominum offendere, quia tantum eum & quid immeritum præuenerat beneficiis, vt quidquid haberet, in eum illius & potestati commendatam tradidisset, & hanc peccandi quasi impossibilitatem Domine fax castissimus proposuit, quando iustitiosa pollex ad facinus eum inuitauit, quò

Dominum non posset grauius irritare. *Ecco Dominus meus omnibus mihi traditus, &c. Quomodo Gen. 29. 9 ergo possum hoc malum facere, & peccare in Deum meum?*

Ad trutinam reuocat D. Ambros. illud: *quomodo possum?* Quo significabat se vinculum & ad sit nobis impossibile redactum. Quanto magis deceret impossibiles dicere Diabolo, mundo & carni, quando ad bile tale offendendum hunc Dominum acriter ab illis inoffendere? *quomodo possum?* Quia quidquid habet beneficia mihi conseruauit & quidquid paritur, mihi patitur. Quomodo prouocem eum qui tantis suis cruciatibus tantam mihi largitus est gloriam? Tanta sua paupertate, tantis me cumulauit diuitiis? Tam amara morte ad vitam coexit adeo gloriosam? Hinc peccati grauitas appenditur cui se peccatores obstringunt tantum Dominum offendentes. Si præsens adstrissem in monte Caluarie quando crucifigebatur, vidisset autem barbaros illos ministros tartarea crudelitate immanitate manus illi acuto duroque clauo transfodiendes, quid rerum ageres? Diceret: angit me dolor maximus, & compassiua teneritudine desicco: etenim libens meam discrimini supponerem vitam ad illius defensionem.

Quid diceret si tibi probarem nedum hæc te non agere, sed illud quod apud idem esto, ac dicere: *Euge agne satellites, non mihi sufficit manum illius clauis vobis tebrari: nam & ego decem alios desidero adiungere nec mihi septuaginta & duæ spinæ sufficiunt, quibus caput illius perfodiatur nam & alias quinquecentas illis voluntas est superaddere.* Hoc tibi constet: quid esse arbitris animæ respectu Christi? Quantum est ex parte illorum & tua; non nisi clauis sunt, spinæ, verbera, sel. & acetum. Tot peccata committendo, quot committis, quid agis, nisi vni ministrorum clauo centumtuos adiungere vni spinæ, myriades, funium verberibus, carenas ferreas? Pellis & aceto, mortales amaritudines, vni cruci, millenas? *Rursus crucifigentes, sibi inestis filium Dei & ostentiu habentes.* Tantoque molestior illi est eorum & clauis flagitiorum, quam illi quos passus est, quanto fuerunt hi propter illas. Sic aucto mellissimum Bernardum Christum proponentem quasi de cruce tibi colloquentem. *Nonne scis pro te vulneratum sum? Nonne scis pro Philippo iniquitatis tua afflicto sum? Cur addis afflictionem afflicto? Magis aggrauant me vulnera peccati tui, quam vulnera corporis mei.* Hoc age quod mouet Apollolus tibi faciendum. *Hoc sentite in vobis quod & in Christo Iesu.* Hoc in teipso experire, hoc tibi molestum sit, hoc tibi lachrimas exciet.



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

exciter, quod in Chirillo perpendis fuisse illi per- molesta. An hoc scitis molesta fuisse illi. dicissima illa verberat illa in te experire: tunc namq[ue] sensu- alitates carnisq[ue] voluptates, carnem illi lace- rarunt. An hoc in illo sentis quod spinæ sacro- sanctum illi cerebrum terebrarunt? Hoc idem in te sentiendum: etenim tua non ferenda super- bia spinæ sunt cor illi transigentes. An hoc in illo sentis quod crucis suspensum videas sic omni- nudum subsidio, vt non habeat vbi caput reclinet, vel quò se veitat, vbi grauiorem non susti- neat cruciatum? Hoc tibi persuadee crucem illi molestant tuas esse nequicias, illumq[ue] tibi de cruce loquentem audias & per Vatem Isaiam de te conquerentem: *Loborem mihi tribuisti in iniquitatibus tuis.*

§. 11. *Præcipit Deus Prophetias scribi in libro, & libris vt illas suo tempore depromant Evangelista, sicut modo D. Mattheus, & conuulsiò fiat septem Pleiadum.*

34 **H**oc totum factum est, vt adimpleretur quod dictum est per Prophetam dicentem. *Dixit sibi Sion Ecce Rex tuus venit tibi, mansuetus, sedens super asinum & pullum filium subiu- galis.* In consensu est apud omnes Doctores, hoc vnum euidētissimum & efficacissimum haberi argumentum, quò probatur Christum Domi- num nostrum verum esse Messiam, filium Dei, missum in mūdum: quod in se veteres adimplet

D. CHR. VSOST. in Matt. apud Leo. Castrenf. in 1. 10. Isai.

Prophetias, quas D. Chrysol. vocat. *Argumentum indissolubile nostre veritatis.* Decevit Deus mic- tere filium suum in mundum Salvatore[m] pos- strum, reparatorem & vnicum remedium. Hoc promisit hominibus sic à primis mundi incuna- bulis, vt quàm peccatum Adam seruis factus est diaboli, & morti temporali ac æternæ per pec- catum subiectus: aduerit offerens illum ei in remedium culpæque reparationem: vt notant SS. Patres in verbis illis, quæ tunc tēporis ser- penti dixit. *Inimicitias ponam inter te & mulie- rem, & semen tuum, & semen illius.* Cæterū quia requirebat nolte redemptionis ratio per mor- tem crucis agenda vt transfiguratus adueniret, si

Gen. 3. 15.

1. Cor. 2. 8.

haudquaquam illum morte crucis affecissent: vt Cur Deus ait Apostolus: *Si cognouissent, nunquam Domi- num gloriam crucifixissent:* idcirco signa necessaria fuerunt, quibus cognosceretur, quæ statim iusti- ficat. In cum finem Prophetas suos misit, qui

velut diuini pi Aores expressius quàm oleo: illa delinearent nonnulli operibus suis & facinori- bus, alij verbis & oraculis. Hoc ipse testatus est apud Oseam interprete D. Hier. *Et lacus sum super Prophetas, & ego visionem multiplicavi eis, & in manibus Prophetiarum assimilavi ius.* Ne- mo non merito miratur verba Apocalypsis quæ Angelus D. Ioanni exprobat, dum illi demon- strat sponsam agni: nam subito ad pedes corruit Angel: eos excolaturus. Cui sic Angelus: *Vide ne feceris: confersus tuus sum, & fratrum tuorum habitabis testimonium Iesu.* Quod est illud tes- timonium? *Testimonium enim Iesu est spiritus Propheticus.* Nota cur Deus Prophetas misisset, sci- licet vt *prædicarent de aduentu Iesu.* Et quinam hoc spiritus propheticus loquentur? Illi qui in i- stis prophetiis testimonium Iesu inueniunt: nam illi qui litteram tantum mortuam considerant, illasque mutant, credendo quòd tantum loquan- tur de aliis hitoricis, spiritum prophetiarum non penetrant.

Lib. 1. in Ex. 28. ad figur. 11. 10. 11. 10. 11. 10.

Ad rem nostram eleganter disputat D. August. contra Faustum effluentem. Prophetas de Chri- sto Redemptore nostro nihil prædixisse. *Tanta per salu- loqui sunt vt nihil omiserint, nec de concepitio- ne eius, nec de mariuitate eius, nec de vita, nec de operibus, nec de miraculis, nec de doctrina, nec de passione, nec de morte, nec de resurrectio- ne, nec de ascensione, quod non dixerit signu- aliquo particulari: quod concipiens esset ex virgine purissima de familia David, nasciturus in Bethleem, adorandus à Regibus, &c. & ita consequenter singuli, vt nullus fuerit Prophe- ta qui non loqueretur, & signa daret particulari, quæ sic omnia in illo cōpleta sunt, vt nec vnum completi desideraretur. Hinc omnes Prophe- tiamus perhibent: sic ait Apollolorum primi- cetus caputq[ue] Petrus. Quærum intelligo, ostendit Apostolos impletum opus illud admirabile à Deo propositum lob, velut infinite lux tantum omnipotentis referuatum. Et quod illud? *Numquid coniungere valebit micantes stellas Pleiadas:* Sic enim interpretatur locum hunc mor- talis Doctor D. Gregor. sunt stelle Pleiades quæ noctu in celo circa polium seu aquilonem appa- rent: & partium vsum componunt. Quanto lu- cent splendore? Quanta luce noctem illuminat, duces sunt in mari nauigantium, & in terra victo- rum, & in pascuis Pastorum. Septem sunt & singule suo loco ab aliis separatæ fixæ consti- stunt. Quis tantis pollebit viribus vt illas com- prehendat, & in vnum coniungat? Domine quan- tum mihi est iudicij, omniū ad hoc manus sunt inuallide.*

11. 10. 11. 10. 11. 10. 11. 10. 11. 10. 11. 10.